



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Vita Et Moribus Ioannis De Almeida Societatis Iesu Presbyteri**

**Macedo, António de**

**Romae, 1671**

Protestatio Avthoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44105**

# PROTESTATIO

AUTHORIS.



Anctissimus Dominus  
Noster Urbanus O-  
ctauus, Anno 1625.  
in Sacra Congrega-  
tione Sanctæ Roma-  
næ, & Vniuersalis Inquisitionis  
decretum edidit, idemque con-  
firmavit anno 1634. quo inhi-  
buit imprimi libros hominum,  
qui Sanctitate, seu martyrij fama  
celebres obierunt, gesta, miracu-  
la, vel reuelationes, seu quæcum-  
que beneficia tamquam eorum  
intercessionibus à Deo accepta  
continentes, sine recognitione,  
atque approbatione Ordinarij; &  
quæ hætenùs sine illa impressa  
sunt, nullo modo vult censi ap-  
probata. Idem Pontifex anno  
1631. ita explicauit, vt nimirum

non

non admittantur elogia Sancti  
a ut Beati absolutè, quæ cadunt  
supra personam, bene tamen ea,  
quæ cadunt supra mores, & opi-  
nionē, cùm protestatione in prin-  
cipio, quòd ijs nulla adsit autho-  
ritas ab Ecclesia Romana; sed fi-  
des tantùm sit penes Authores.  
Huic decreto, & illius declara-  
tioni insistendo, profiteor me sen-  
su ijs prorsùs conformi omnia,  
& singula quæ in hoc opere scri-  
bo, accipere, atque ab alijs accipi  
velle.

